



Caja
A-44

~~8-1-7-9 A-7~~

Sententiam Patrum Societatis Jesu de gratia et libero arbitrio quam plerique Dominicane Familiae Patres in contro-
 uersiam uocant, ab ea plurimum abesse, quae inter ipsos et Doctorem Ludouicum Molinam agitata in Hispania
 est uel illud indicio sit, quod in censura propositionum Molinae ab ipsidem ephibita S^{ti} P^{ri} mentionem de hac
 controversia nullam fecerunt eamq; sent^{ia} partem quam Pres Societatis defendunt ne attingant quidem.
 Huius porro inter Dominicanos, et Pres Societatis controversiae ratio huiusmodi est. An danda sit aliqua pre-
 determinatio Dei, et motio physica adeo efficaciter determinans uoluntatem nostram, ut illi existenti uoluntas
 nec dissentire possit, nec illam abijcere.

Patres Dominicani auctores sunt: quendam hanc in re conuenientem determinationem, seu physicam promotionem
 ita necessariam esse, ut absque ea uoluntas nec operari, nec ad actum ullo modo determinare se possit, nec
 illi potestati resistere aut dissentire, aut eam abijcere. quam promotionem, et physicam determinationem auxi-
 lium ipsi efficax uocant. Hinc aut. illud effici uolunt fieri non posse, ut e duobus hominibus aequale
 auxilium physicum, et aequalem promotionem habentibus unus conuertatur, alter non item.

Pres Societatis facile concedunt illi quidem humanam uoluntatem a Deo moueri ac trahi gratia quueniente, et
 auxilio efficaci, sed physicam hanc promotionem, seu praedeterminationem adeo esse efficacem ut illi uoluntas
 dissentire non possit, nec eam abijcere si uelit, non admittunt. Immo eam sacris litteris, Conciliorum decretis
 Sanctorum Patrum dictis, comuni Scholasticorum Doctorum sent^{ia} minime consentaneam, ac multarum opi-
 nionum fontem esse contendunt a uera Theologia reuelenter abhorrentium.

Ex sacris litteris.

P^o igitur eam sententiam sacris litteris non congruere sic ostendunt. *Matth. ii. dicit: Si in Tyro et Sydone*
factae fuissent uirtutes, quae factae sunt in uobis olim in cinere et cilicio poenitentiam egissent: quom loca
ita urgent. Si Christi uerbis fides adhibenda est quod nemo Catholicus abnuet iam Tyri et Sydonij si que
Christus miracula praestauerat apud Capernaitha ea suis oculis uiderent non modo a suis scelibus
per poenitentiam resipiscere potuissent sed, ^{etiam} resipiscerent, ergo ad resipiscendum physica haec praedeterminatio
necessaria non est. Nam si haec necessaria esset Christi uerba uera non essent. non enim illi (quamuis
apud eos illae uirtutes ac signa facta fuissent) aut poenitentiam agere, aut ad Deum se conuertere potuissent
nedum resipiscere, nisi physica haec praedeterminatio accessisset. Quare non idcirco poenitentiam
egissent Tyri et Sydonij, quia uirtutes et signa apud eos facta fuissent quod Christus dixit, sed quia physica haec
praedeterminat^o a Deo acceperunt quod Christus non dixit. Et sane eleganter S. Augustinus li. 6. de bono
perreuer. c. 14. hunc locum explicans cum multa de Iudaeorum excaecatione dixisset, haec adiungit: Vbi
inquit Aug^o, Tyri relictis sunt et Sydonij qui etiam credere potuerunt si mira illa Christi signa uiderent
et infra: Non erant sic excaecati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum, et Sydoniorum, quoniam crediderunt
si qualia uiderunt isti signa uiderent, sed nec illis profuit quod poterant credere. Jam uero si Tyri
Sydonijq; uis illis Christi uirtutibus a suis scelibus non resipiscerent n^o physica haec praedeterminatio a
Deo praemoti, qua tamen praemoti non sunt, et qua praemoti a Deo uiri illi Chorozaim, et Bethsaide
proculdubio poenitentiam egissent. quid causae erat, ut Christus tam acriter in eos inueteretur. Tam scie-
re exemplo Tyriorum ac Sydoniorum adducto qui ipsidem quibus illi physicae praedeterminationis auxilijs
indiguerunt suam Capernaitha, et hinc alijs pertinaciam exprobraret? Nihil omnino cause fuisse
fatendum est si haec physica praedeterminatio opus erat quam neque eos in sua potestate habuisse Theo-
logica ueritas. neque haec a Deo praemotos fuisse ipsa eorum in scelibus obduratio declarauit. Et tamen
Matthaeo auctore didicimus, eos, grauitate Christi adducto Tyriorum, et Sydoniorum exemplo, obur-
gasse. Tunc caepit (inquit Matthaeus) exprobrare ciuitatibus, in quibus factae sunt plurimae uirtutes

eius quia non essent poenitentiam. Immo eodem pacto iniustae essent omnes Dei quaerelae atque oburgationes, quae in sacris literis tam crebrae sunt. Prouer. i. Vocari et renuisti. Isai. 5. Quid ultra debui facere vineae meae et non feci. Ezech. 3. Matth. 23. Quoties uolui congregare filios tuos, &c. Ad Rom. 2. et alijs septentis in locis. Nam si physica haec praedeterminatio ad recipiendum necessaria erat, camq; Deus illis denegauerat, quae esse poterat diuinae quaerelae locus? quam Deus iustam illorum accusandi causam accipiebat? Nullam certe iustam Praes. Dominicani Sacris accusationis causam afferet, si in sua physica praedeterminationis opinione persistant. Cum illi satis apte Deo respondere possent se haec physica praedeterminatione destitutos, quantumuis alijs signis excitaretur, a scelere recipere non posse. eam uero praedeterminationem si acciperent quae in ipsorum potestate non esset, illico poenitentiam acturos. Atque haec solum excusatione omnis illa diuinarum quaerelarum causa concideret. Ad haec Ioan. 10. Romae inuicibile se ipse Christus ostendens ait. Quia uidisti me Roma credidisti, &c. Ecce Thomas uel miraculi congrue propositi credere dicitur. Quod si physice illius praemotio uel suam uoluntatem ad credendum fleuisset Thomas, certe non ad inspectionem tanti miraculi, sed ad physicam praedeterminationem. Eodem Thomae retulisset Christus, ac dixisset. Non quia uidisti me Roma credidisti, sed quia praemotus cum uisione fuisti: aut certe. Quando uidisti me Roma credidisti. ~~et haec quoque modo physica praedeterminationem fidei, ac conuersionis causam indicaret.~~ Denique ut sileantur caetera, Eccl. 15. scriptum est. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu Consilij sui. et infra: Apposuit tibi ignem et aquam, ad quod uolueris porrigere manum tuam. Quae uerba sic expoundeda sunt: Si Deus omnes actiones ita praedeterminauit, ut sine praedeterminationi uoluntas resistere nequeat, certe non reliquit hominem in manu consilij sui. nec dici poterit ad quodcumque uolueris homo, sed ad quodcumque uoluerit ac praedeterminauerit te Deus porrigere manum tuam. ad hoc enim duntaxat manum porrigere potes. Hos uero his atque alijs sacris, literarum testimonijs, q; alibi fusius attulimus, ad Concilia gradum faciamus.

Ex Concilijs.

2. Ca. sententia pugnat cum sacrosanctis Conciliorum decretis, ac potissimum Tridentini. Etenim Trident. sess. 6. cap. 5. cum ipso capituli initio necessitatem gratiae praueientis ut peccator conuertatur proposuisset. deinde uoluntatem libere consentire uocationi diuinae docuisset. illis uerbis: Eodem gratiae libere assentiendo. Demum explicat modum quo libera uoluntas gratiae praesabitae per illuminationem spiritus s^{ti} et inspirationem quam recipit assentitur. Nimirum, ut diuinae uocationi cooperetur, non solum recipiendo, sed etiam agendo; non actione solum spontanea quod Caluinus, et Haeretici admittunt, sed etiam libera atque eo modo libera quo possit ob intrinsecam libertatem, non tantum suspendere concursum, et non consentire, sed dissentire quoque, et inspirationem abijcere. Haec enim habet. Ut tangente Deo cor hominis per spiritus s^{ti} illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abijcere potest. Ergo si physica illa praemotio, et praedeterminatio ita uoluntas ad consensum determinatur, ut non possit non consentire; falsum erit posse uoluntatem non consentire, et inspirationem abijcere dum consentit, id uero si uerum sit, ruet haec omnis definitio Concilij, quae est de fide, atque ita Concilio placuit, ut ad finem capituli ultⁱ eiusdem sessionis haec addiderit: Postquam Catholicam de Iustificatione doctrinam, quam nemo quisque fideliter firmiterq; receperit iustificari non poterit; placuit sanctae Synodo hos Canones subiungere, ut omnes sciant non solum quid tenere, et sequi, sed etiam quid uitare et fugere debeant. Quae cum ita sint omnes etiam Dominicani Praes. eam ut Catholicam doctrinam tenere, fideliter firmiterq; recipere, ac nisi uelint iustificari non posse concedere omnino debent. ^{liberum} arbitrium, inspirationem Dei quam habet abijcere posse, eam uero sententiam uitare et fugere. ^{debeat} ^{affipere} liberum arbitrium Deo actu excitanti atque uocanti ^{negat} ^{non} posse dissentire si uelit. Hoc enim Concilium eadem sess. can. 4. defendit his uerbis: Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari ad

sentendo

Cui merito maximam apud omnes auctoritatem conciliat, tum Episcoporum et Cleri totius Provinciae, qui Synodo interfuere multitudo, tum etiam Parisiensis Academiae, quae ea tempestate florebat ^{ut} cum maxime insignis eruditio et doctrina. Celebratum est enim Parisijs celeberrimo Doctorum uirorum totius fere Galliae conuentio. Caepum Anno Dni 1527. perfectum Anno 1528. Clemente VII. Pontifice Max. Pontificatus eius Anno quinto. praeside Ill^{mo} Cardinali Antonio à Prato, Archiepiscopo Senonense Galliarum, et Germania Primate Franciae Cancellario. Ut à ueritate non aberraret quisquis non unius Provinciae sed totius fere Galliarum regni fidem hac Synodo declaratam, testatamq; suae nostrae sententiae suffragari pronunciet. Postremo Ioannes à Bononia Canonicus Louanien. lib. de Praedestinat. par. 2. de lib. arb. fol. 103. in edit^o Louanien. Ann. 1555. cum quorundam Catholicorum interpretationem illius loci Tridentinae Synodis retulisset haec scribit: Ceterum quia non desunt modo homines quamuis omni pietate praediti aliter de libero hominis assensu dum iustificamur quam nos sentientes, ac ideo sacri Oecumenici Concilij clarissimam doctrinam obscurare quodammodo conari uidentur, dum dicunt, hominem habere libertatem arbitrij ut excitationi admonitioniq; diuinae resistere possit, sed ipsi inspirationibus atque monitionibus suppositis nullum resistere arbitrium. Obscurare autem dicitur quoniam ex dictis R^{mi} Dni Hieronymi à Bononia Sedis Apostolicae Nuntij dignissimi necnon Archiepiscopi Comsani professoris Theologiae peritissimi, atque sacri Palatii Magistri episcopi apud Carolum Imperatorem V. cognomento Maximum residentis eandem opinionem in sancta Indentina Synodo fuisse summa diligentia à Patribus discussam, et tanquam minus probabilem optimo iure perperam reiectam. Haec ille. Nos ad Sanctorum Patrum testimonia uenturum.

Ex Patribus.

3^o Haec Patrum Dominicanorum opinio discrepat à communi Patrum sententia. In primis D. Aug^o cuius haec ^{et Calisti. pa. ep^o} ^{ad episc. Galij} ^(Secun. to. 7. Operi Aug^o) ^{deq;} in reuigruissima esse debet auctoritas, Is plurimis in locis sententiam nr^{am} amplectatus est, quae omnia re- fere hoc loco supersedemus, cum in furore ^{aliquo} illa disputatione attulerimus, ut libro de sp^u et l^{ra} cap. 34. Cuius loci uerba ipsa expressim uidentur Concilium Trident^o ubi, explicans donum uocationis, quod non est in nr^a potestate: Nemo inquit, habet in potestate quod ei ueniat in mentem (per uocationem sc^o) sed consentire, uel dissentire propriae uoluntatis est. Et post pauca: Profecto et ipsum uelle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia eius prauehit nos. Consentire autem uocationi Dei, uel ab ea dissentire propriae uoluntatis est. Et lib. de Gest. 11^o cap. 5. Non quia credere, uel non credere non est in arb^o uoluntatis humanae. et lib. 83. 99^o q. 68. haec. Et quoniam nec uelle quisquam potest nisi admonitus et uocatus, siue intrinsecus, ubi nullus hominum uidet, siue extrinsecus per sermonem sonantem, aut per alia signa uisibilia offertur, ut etiam ipsum uelle Deus operetur in nobis (per uocationem sc^o ut primis uerbis dixerat) et addit, ad illam enim caenam, quae dicit dominus in euangelio paratam, nec omnes qui uocati sunt uenire uoluerunt, neque illi qui uenerunt uenire poterunt, nisi uocaretur. Ecce sentit Aug^o uocationi, cui aliqui consenserunt, alios non consensisse, ac cum suis q^o 68. meminerit Aug^o lib. i. retract. c. 28. nihilq; horum retractauerit, indicium euidentis est, sane quam nos sequi ueram fuisse ac germanam Aug^o sententiam. Sed suppetunt alia non minus clara eiusdem testimonia. Item lib. i. ad Simplician. q. 2. Nemo itaque credit non uocatus, sed non omnis credit uocatus. Quod aut de uocatione sermo sit quare ipsa credere potuerit a se constat ex ijs quae subiicit et exemplo Esau, de quo ait: Non uult ergo Esau, et non cucurrit, sed si uoluisset et cucurrisset Dei adiutorio peruenisset, qui ei etiam uelle, et cucurrit uocando praestaret. Et infra: Si uocatio ista est effectus bonae uoluntatis, ut omnis eam uocatus sequatur, quomodo uenirent multi uocati, pauci uero electi? Eadem fere lib. de dono perseuer. cap. 14. omnibus illis locis, in quibus est duobus aequali uocatione uocatis, alterum ait conuerti, alterum non item. nam eo ipso quod alter restitit, censet Aug^o cum qui conuertitur diuinae uocationi, et auxilio diuino resistere potuisse. Et lib. 83. 99. q. 68. et lib. i. de ciuit. cap. 6. lib. de Gest. et gra. cap. 15. et plurimis alijs in locis, quae ueriores de deo tractat. Tantum hic dicimus, uniuersos Complutensis Academiae professores, opinioni nr^e tanquam uera, ac germanae

Aug^m sententia subscripsit quod suum ipsi suffragium literis vite consignatum apud Pontificium Hispanie Hun-
cimum extare uoluerunt, quarum nos hanc publicam exemplum habemus.

Ad Aug^m testimonia addunt alia plurimum Patrum, ut Clementis Papae epist. 3. Decretali: de officio sacerdotis, cuius
haec sunt: Si quis sane audiens sermonem ueni prophetae, uelit aut nolit recipere et amplecti onus eius, id est
mandata uitae in sua habet potestate, liberi enim sumus arbitrij, nam si hoc eet, ut uidentes, iam non haberent in
sua potestate aliud facere quam audierant, uis erat quaedam natura per quam liberum non esset ad aliam mi-
grare sent^o. Et paulo inferius. Nunc quia liberum est animo in quam uelit partem declinare iudicium suum, et quae
probauerit uiam eligere. Quae uerba manifeste physicam hanc praedeterminationem ad unum eliminat, qua
cum uoluntas resistere non possit praedicationi ueni prophetae, eiusque uocationi, atque eadem ratio est de
qualibet gratia quueniente.

Irenaei lib^o aduersus haereses cap. 7. ^{quid} agens de actibus bonis, ^{et} supernaturalibus lib. 4. aduersus haereses cap. 7. Gloria
inquit, et honor omni operanti bonum, dedit q^o Deus bonum, quemadmodum et Apostolus testificatur, et quod ope-
ratur quidem illud gloriam et honorem percipient quoniam operati sunt bonum, cum possent non operari:
si aut qui illud non operantur iudicium iustum recipient Dei, quoniam non sunt operati bonum, cum possent
operari illud.

Crisost. homil. 19. in Genesim sub initium, cum de Deo loqueretur, ait: Ipse quae sua sunt omnia pro sua mi-
sericordia semper exhibet, et sciens abscondita in profundo mentis et arcana hortatur, laudat consulit,
conatusq; nostros malos reprimat, et necessitatem utique non imponit, sed congruis remedijs appetitis totum
iacere in aegrotantis sententia dimittit. Cuiusdem sunt illa hom. 22. in Genesim: Verum quia in nostra uo-
luntate totum post Dei gratiam relictum est, ideo et peccantibus supplicia proposita sunt, et bene operantibus
retributiones. Similia hom. 42. ad popul. et alijs.

Cyrollus lib. xi. in Ioan. c. 21. cum multa de fida proditorie dixisset haec addidit. Si proditor aequaliter alijs di-
scipulis saluatoris auxilium non habuisset, frustra haec a nobis dicerentur, sin autem non minus quam ceteri
diuina gratia regebatur, sed suo ipsius iudicio in profundum perditionis delapsus sit, quomodo etiam ^{non} seruauit
eam Christus qui suum patrocinium ei praestitit, qui quantum ad ferendam opem illi attinuerit seruauit ^{non} eominem
n^o ulro in perditionem insiluisse. Gratia igitur in alijs effulget, seruauitq; omnes qui cooperantem ei uoluntatem
tradiderunt, si enim salutis nrae modus dispositus est. Ponit ergo Cyrollus et aequales gratias, quibus quantum erat
ex sese Christus omnes seruabat, et sic gratis non determinant efficaciter uoluntates aliorum Apostolorum,
ut uoluntatem Iudae non determinauit, ac denique eidem gratia absque hac ^{prim} physica Dei uocatione Iudam
restitit, caeteros conseruauit. et h. d. 2^o Julia. c. 1. f. 5. itaq.

Ambrosij, siue Prosperi lib. 2. de uocat. gentiu cap. 4. Quod non pot^o inquit, nisi cooperante spiritu Dei fieri eor-
um meritis deputetur, quorum id potuit uoluntate non fieri.

Damasceni libri. de fide c. 18. Si antiquiorem uersionem sequamur. Nam ipse inquit, Deus uidit omnia quae non
in nostra potestate sunt praescientia praedeterminauit, ubi Graeca uox προωρισεν proprie praedeterminare si-
gnat, et lib. 2. c. 30. Illud quidem scire interest Deum oia quidem praescire, sed ^{non} omnia praefinire, praescit enim
ea etiam, q^{ae} in nra potestate atque arbitrio sita sunt, at non item ea praefinit, nec enim uitium admitti uult, nec
rursus uirtutium affert. D. uero Thomas i. p. q. 23. ar. 1. arg. 1^o: antiquam uersionem sequutus ita refert. Oia
quidem praecognouit Deus, non aut omnia praedeterminat, Praecognouit enim ea quae in nobis sunt, non autem praede-
minat, atque eadem Graeca uox προωρισεν. Haec facit uersioni.

Ansel. in illa Matt. c. 6. Fiat uoluntas tua auct^o hominem ideo non cogi a Deo, quia licet uoluntati iustitiae Dei
resistere non possit potest resistere uoluntati, qua ei Deus misericordiam confert. Deinde obijcit tibi Paulus
saltem uideri coactum a uoluntate Dei; respondet non ita ee, quia licet sit percussus uoluntas tamen erat libe-
ra, ut resisteret si uellet. Idem ipse lib. de concordia gratiae, et lib. arb. c. 2. his uerbis: Quaedam praescita, et
destinata non eueniunt ea necessitate quae praedit rem, et facit, sed ea quae rem sequitur, supra diximus. Non n

ca Deus, quamvis praedestinat facit uoluntatem cogendo, aut uoluntati resistendo, sed in sua illam potestate dimitte-
do. Similia ille multis locis, atque alijs aeterea multi s^{ti} Patres, quos breuitati studentes subicimus.

Ex D. Thoma.

4^o. Dissentit a ceteris Scholasticorum sententia et in p^o s. Thom. i. 2. q. 10. ar. 4. qui Saec habet. Quia igitur uoluntas est actuum
principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam mouet, quod non ex ne-
cessitate ad unum determinat, sed remanet motus eius contingens, et non necessarius, nisi in his ad quae natu-
mouetur, et q. 9. ar. 6. ad 3^m. Sine uniuersali motione homo non potest aliquid uelle, sed homo per rationem
determinat se ad uolendum hoc uel illud, quod est uere bonum, uel apprensus bonum. Hec nobis officit quod
adiungit. Sed tamen interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinate uolendum quod est
bonum, sicut in his quos mouet per gratiam. Id enim explicandum est de speciali motione per inspirationes, super-
naturales, habitus, atque alias animi affectiones ad gratiam preuenientem pertinentes de quibus inferius late ex
Patribus. 2^a 2. q. 174. ar. 1. ubi propter proprietatem comminationis duplicem D. Thomas constituit prophetiam
praedestinationis, unam, quae reuelatur prophetae quid Deus praedestinauerit; praescientia altera, quae a prio-
ri praedestinationis prophetia idcirco distinguitur, quia per eam non reuelatur prophetae aliquid praedes-
tinatum, seu praedefinitum a Deo, sed praescitum tantum. ac p^o ait D. Thom. de actibus, qui non sunt
in nobis. 2^o uero de his quae fiunt per liberam hominis arbitrium, ergo censet D. Thom. Deum non pre-
determinare actus nostri liberi arbitrii cum ex hisce non sint quae non sunt in nobis. Ipsum loquentem
audiamus ^{in uerbis}. Alio modo praecognoscit Deus aliqua in seipsis, uelut fienda ab ipso, et horum est pro-
phetia praedestinationis, quia secundum Damascenum Deus praedestinat ea quae non sunt in nobis, uel ut
fienda per liberam arbitrium hominis, et sic est prophetia praescientiae, quae potest esse bonum uel malum
et q. 3. de pot. ar. 7. ad 13. arg^{tu}. Voluntas habere dominium sui actus non per exclusionem causae p^o sed
quia causa prima non ita agit in uoluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet, sicut determinat natu-
ram, et ideo determinatio actus relinquatur in potestate rationis et uoluntatis, ergo D. Thom. determinat^o
adscribit soli uoluntati, et eam denegat primae causae, quia si Deus uoluntate determinaret, utique necessitatem in-
ferret. ^{his} simillima docuit. 1. p. q. 41. ar. 2. cum uoluntas inquit, et natura secundum hoc differunt in cau-
sando, quia natura determinata est ad unum. Et infra: Bonum uoluntas principium est quae possunt sic uel
aliter esse, eorum autem, quae nec possunt nisi sic esse principium natura est. 3^o con Gent. c. 90. sub
ferem Damascenum exponens, ea quae sunt in nobis diuinae determinationi dicit non esse subiecta, quae
necessitatem accipiunt, ut i. p. q. 23. ar. 1. ad i^m. Quo loco Damascenum dixerat praedeterminat^o impositionem
necessitatis nominare: sicut est in rebus naturalibus quae sunt praedeterminatae ad unum. Eadem lib. de praesc.
et de praedest^o et sequentibus alijs in locis.

Idem colligitur ex multis D. Thomae principijs, quae nullo pacto cum praedicta physica determinatione coherent. Nam
si diuisi modi ^{determinati} praemotum antecedentem quae uoluntati causas omnes liberas et contingentes moueri a Deo ad
suos effectus D. Thom. agnouisset, nihil laborasset in explicando quae ratione infallibilis in Deo sit scientia futurorum
contingentium, ^{si} haec efficaci uoluntate praedestinet^o. Nec ad coexistentiam rerum omnium in aeternitate i. p. q. 14.
ar. 13. et saepe alijs confugisset, quae difficile est explicare.

Praeterea, si eandem praedeterminationem efficaces adnotasset, non distinxisset diuinam uoluntatem ex Damasceno 2. de fide
cap. 29. in Antecedentem, et Consequentem, ut fecit i. p. q. 19. a. 6. ad i^m. et p. dis. 7. q. 1. ar. 1. et passim alias. Nam uo-
luntas Antecedens quam docet posse non impleri, quia non fertur in effectum cum omnibus circumstantijs coherentem
non potest cum diuisi modi praedest^o efficaci, cui semper et infallibiliter determinatus effectus adheret. Nec erat
cur praemissa distinctione actuum uoluntatis in primum, et sequentes doceret uoluntatem ueram in p^o actu mo-
ueri a Deo, in reliquis uero mouere se ipsam. Ita i. 2. q. 9. ar. 3. et 4. et q. 1. ar. 2. ^{et q. 10. ar. 2. ad i^m}
et alibi saepe. Nam posita aduersariorum praemotum uoluntas non tantum ad primum, sed ad omnes actus reliquos
mouetur

mouetur

mouetur a Deo; nec unquam se ipsa determinat, sed semper p̄determinatur a Deo.

Ad haec 3^o con Gert. c. 70. minime dissidet, eundem effectum produci tum a Deo, tum ab inferiori agente, uel ab utroque immediate. Nam media esset illa p̄determinatio, ratione cuius Deus immediate ageret in causam inferiorem potius quam in effectum. neque p̄terea in 2^o d. i. q. i. ar. 4. corp. et ad 3^m docuisset eandem met actione p̄manare a causa p̄ma, et 2^o determinare p̄^o potius, quam determinari a p̄^o. et 3^o con Gert. c. 66. rone 5^a ubi haec habet: Secunda agentia sunt quasi particulantes, et determinantes actionem p̄ agentis.

Denique q. 6. de vent. ar. 3. non erat cur pro applicanda certitudine p̄destinat^{is} configeret ad auxilia et adminicula a Deo parata p̄destinatis, quibus ij infallibiliter uel aliauis illorum consentiant e p̄clusa p̄definitione cuiuslibet actus in particulari. sic enim ait: Inuenimus ordinem respectu alicuius dupliciter. Uno modo in quantum una causa singularis producit effectum suum ex ordine Diuinae prouidentiae. alio modo quando ex concursu causarum multarum contingentiu, et deficere p̄uenerit ad unum effectum, quantum unamquamque Deus ordinat ad consecutionem effectus loco eius quae deficiat, uel ne altera deficiat. Rem applicat ex p̄m̄plo. tum subdit: Et hoc modo e in p̄destinat^o. liberum enim arbitrium deficere pot̄ a salute; tamen in eo, quem Deus p̄destinat tot adminicula praeparat quod uel non cadat, uel si cadet quod reuergat. sicut exortationes, et suffragia orationum donum gratiae, et alia huiusmodi, quibus adminiculatur homo ad salutem. Et s. Bon. omissa p̄iori modo ordinationis efficacis ad posteriorem recurrit, ut arbitrij libertatem cum p̄destinationis certitudine conciliet. Quod si p̄determinat^o efficacem cuiuslibet actus agnouisset praetermisso posteriore, qui e omnino superuacaneus, posita illa p̄determinatione p̄iorem modum amplectus esset.

Ex quibus et alijs D. Thomae p̄ncipijs aperte colligitur huiusmodi p̄physicam p̄determinationem, quae ita efficaciter praemoueat uoluntatem eiusq; determinationem p̄ueniat, ut ei uoluntas resistere non possit omnino ignotam fuisse D. Thomae, quid autem ipse intelligat cum causas 2^{as} moueri et applicari docet a p̄^a causa, declaratum est et a nobis alibi copiosius, et a Suaro latissime tom. p̄^o suae Metaphys. disput. 22. sect. 2. et 3.

De Thomae praep̄toribus, discipulis, et sectatoribus.

Quod autem uera quam nos sequimur fuerit D. Thomae sententia, et nos supra, age p̄ hoc etiam aperte colligitur quod hanc eandem a suis praep̄toribus hausit, suis discipulis tradidit, nec aliam illi p̄cipui eius interpretes, et ^{uicarij illi} ~~soluunt~~ tribuunt.

Ex praep̄toribus quidem Albertus Magnus p̄^o par. sum. tract. 16. q. 63. memb. 3. ar. 2. ad arg^{ta} p̄posita partic. p̄^a praesentim ad 3^m. Licet p̄destinatio inquit, praeparat isti gratiam et gloriam, tamen quia iste liberi arbitrij erit potest ponere obstaculum Spiritui s^o et operationi Diuinae, et pot̄ impedire ne conferatur ei. Et in solut^o ad arg^{ta} p̄posita partic. 2^a. Haec necessitas (scilicet ex suppositione antecedente) quia pendet a futuro, quod futurum dependet a contingenti secundum causam meritoria, et potentem operari in contrarium, et ponere obicam Spiritui s^o et a quo p̄^a causa non tollit modum suae causalitatis, eo quod sicut ait Damascenus Deus non compellit uirtutem in bonis, et ita ex illo impediri potest. Et par. 2^a sum. tract. 16. q. 9. memb. 1^o. optime ostendit non esse liberum arbitrium n^o respectu earum operationum quas potest facere, uel non facere, sic uel aliter facere.

Alexan. uero Aflensis, p̄^o par. sum. q. 26. mem. 4. ar. 3. ex Damasceno sic ait. Sicut Damascenus, duplex est prouidentia. Una s̄m̄ acceptionem, alia s̄m̄ conceptionem, et dicit quod prouidentia s̄m̄ acceptionem est ubi non contingit esse resistentiā, nec contradictionem; et hoc modo e de op̄is naturalibus, quae s̄m̄ ordinatae sunt, nec aliter prouident e^o. prouidentia autem s̄m̄ conceptionem est de his ubi contingit esse resistentiā et contradict^o. et sic est in libero arbitrio. Deus enim dedit liberam arbitriam, ut consentiat, uel non consentiat bono, 2^o. Caetera q̄ sequuntur satis ad rem nostram. repetit etiam in solutione ad arg^{ta} et q. 40. m. 4. in solut^o ad 3^m. Dicendum inquit, quod quemadmodum dicit Damascenus, quod Deus omnia praecognoscit, non autem oia p̄determinat; Praecognoscit autem ea quae sunt in nobis, hoc e in potestate n^o arbitrij, non autem p̄deber

minat, *Q*uod determinat aut q̄ non sunt in nobis. Dicendum ergo quod uoluntas beneplaciti est respectu bonorum dupliciter, aut cum praedeterminatione, ut eorum q̄ non sunt in potestate arbitrij, et haec sunt alligata necessitati, aut sine praedeterminatione, et hoc modo est bonorum quae sunt in potestate arbitrij. sic enim uult illa bona, ut relinquat nostrae facultati, et uoluntati; et ideo si fiat contrarium, non fit contra eius uoluntatem, r̄.

*E*x discipulis D. Thomae egregius sane fuit Aegidius Columna Card. *isim.* p. par. dist. 8. q. 2. a. i. ueris. Venebimus q. ex dot. Non q. ipse Deus uidelicet, nos conuerteret, et nisi nobis tales motus speciales faceret, non conuerteremur. Hoc e. q. quod Damascenus dicit lib. 2. c. 30. ubi ait, quod ipse Deus e. omnis boni principium, et causa, et sine eius cooperatione, et auxilio, impossibile est bonum uelle, uel facere. In nobis autem est, ut ait, permanere in uirtute, et sequi Deum ad hanc uocantem, uel recedere a uirtute quod est in malitiam ferri, et sequi Diabolum ad hanc uocantem. Et dist. 7. q. i. ar. 2. ueris. Sunt autem, r̄. Sunt autem inquit, alij impetus s̄i quos Deus mouet ad gratiam, qui si non essent, nulla esset receptio gratiae. Hoc ergo modo ut tetigimus, homo adspicitur gratiam, quia Deus semper, uel quasi semper, quando sumus uitatores facit huiusmodi impetus in animabus nris, quos possumus sequi et non sequi; sequendo autem eos adspicimur gratiam, non sequendo remanemus in culpa.

*E*x his, qui D. Thomae doctrinam profitentur hanc nostram ut germanam de his sententia sectantur. Hervaeus quod. p. q. i. a. i. Capreolus in i. d. 38. q. 1. ad 2. m. principale, et 3. m. con. 4. m. con. et 2. d. 28. q. i. ad 12. m. con. 2. m. con. Caiet. i. p. q. i. ar. 13. et q. 19. a. 8. et q. 23. a. 7. Ferrar. i. con. Gent. c. 67. circa 5. m. r̄onem D. Thomae dicto 2. m. p. r̄entiam ad arg. Scoti. et 3. m. con. Gent. c. 159. ueris. Ad huius euidentia. Praeterea ibi, homo autem est liberi arbitrij, potestq. diuinam motionem sequi et non sequi. Sotus lib. i. de nat. et gra. c. 16. sub initium, Praeterea ubi dicit, Quicquid Deus uult uoluntate absoluta, et quae dicitur beneplaciti fit, iuxta illud: Voluntati eius quis resistet? quando autem cum libero homine concurrat non uult illud fieri, nisi salua libera uoluntate, Et lib. 4. sent. in explicationib. suarum opinionum, quas addidit ad finem huius lib. 4. ueris. Quidam uero. uoluntate quosdam suam taxare opinionem, dicentes inquit, quod nimium tribuerim libero arbitrio in iustificatio nis causa. et tamen salua semper Catholicae Ecclesiae censura, arbitror necessario sic dicendum. Et infra: Idem Joannis testimonio confirmans cap. 6. Nemo potest uenire ad me nisi Pater qui me misit traxerit eum, sub iunxit inquit Sotus, Qui audit, et discit uenit ad me. quasi in nra potestate sibi auentura, aut dissentire; atq. ita in hac sententia persistit Sotus, ut cum multa ex ijs, q̄ antea scripserat reuocasset eo loco, hanc iterum confirmet, et quasi testamento consignatam posteris tradat. Hieronymus Perez. in p. par. D. Thom. q. 23. ar. 7. ^{teha} Notand. r̄ praesertim ibi, Non praefinitiae.

Atque ut alios Thomistas breuitate studentes reticemus, Magister Martinus uiri doctissimus, et primarie olim Cathedrae in Salmaticensi Academia professor, et Magister Joannes Vincentius publicus item in eadem Academia Theologiae professor, ambo ex Dominicana familia furisime contra hanc physicam praedeterminationem in suis Electionibus disputarunt. Et quoniam accepimus aduersarios, Cardinalis Toleti auctoritate quasi is ab eorum sententia steterit, suam hanc physicam praedeterminationem asserere, opere gratiam durimus hanc partem aliquam earum disputationum inserere, quas ille in suis Commentarijs in p. par. et 1. 2. docuit cum hac de re accurate disseruit, eius enim praedeterminationes sua iprius manu conscriptae apud nos sunt. Toletus dicitur in p. par. q. 14. ar. 13. q. 5. sua p. conclus. Sac dicit: Deus concurrat cum causis 2. non ita concurrat, ut ipas moueat, et applicet ad opus, sed una cum ipris immediate producat effectus; idq. multis rationibus probat, et late infra conel. 3. quae sacrarum liuorum, et sanctorum Patrum testimonijs, et multarum clera rationum momentis egregie confirmat. Et in q. 19. d. Thom. ar. 4. dicit: Ibi Caietani sententia superius allatis optime defendit, haec habet: Si alteram sententiam defendamus, quae mihi uisa est superius, quod 2. causa non agit mota a Deo, sed simul cum Deo, et iprius 2. sit prius a quo determinare ad eueritum tunc non ualeat doctrina Scoti, r̄. Et in 1. 2. in materia de Gratia q. 109. ar. 7. q. unica post dubium q. conclus. 3. Aliud e. inquit, auxilium efficit ex parte hominis; puto enim sufficiens auxilium

ut uoluntate que in deo
re sit tunc deo potest.

at
qu
on
han
Bon
Re
si
c. i
ab
p

+
Cap
Re
Vie

si homo

si homo quod in se est faciat non dissentiendo fieri efficac, si uero dissentiat manere sufficiens. Unde quod sit effi-
 care, uel sufficiens, in hominis est potestate uolentis, uel nolentis cooperari Deo. Et hoc probat Concilio Tridenti-
 sess. 6. can. 4. Vbi dicitur, arbitrium sic a Deo moueri, ut possit dissentire et non dissentire; si q. pot. dissentire
 dissentiat, est iam auxilium sufficiens; si aut. potest, non dissentiat erit q. efficac. Igitur hominis est facere in
 se aliquando auxilium efficac, uel inefficax. Prob. 2. quia alias nullum esset auxilium sufficiens, nam uel homo pot
 cum hoc operari, uel non; si non igitur non est sufficiens; si potest, operetur, erit q. efficac. Et in peculiari quada
 tractatione de gratia circa eandem q. 109. D. Thom. ar. 7. d. 5. dicit: Auxilium sufficiens est, quo potest homo si uellet
 operari, efficac e quo de facto operatur. non sic est intelligenda ista distinctio, quasi sit semper ex parte Dei, nam ex
 parte hominis etiam est quod auxilium sit sufficiens uel efficac. s. enim homo acceptat Dei auxilium sufficiens fit
 efficac, et si resistit, manet sufficiens. Igitur cum in hominis sit potestate resistere, uel acceptare Dei auxilium
 prius est efficac constituen. cum hoc tamen e quoddam auxilium Dei magnum, quo licet resistere possit
 homo, tamen de facto conuertitur, cognoscit enim Deus quo conuertetur homo, et hoc potest dici efficac
 Haec Ioletus.

Ex alijs Doctoribus Scholasticis.

Eandem uiam sententiam contra p. yricam p. remotionem tuentur Scotus in 2. d. 37. q. 1. s. Ad solutionem
 Et in 4. d. 49. q. 6. s. Dico ergo. Ockam in p. d. 35. q. unica. s. Circa istam opinionem. Gabri. in 2. d. 37. q. 1. s.
 ar. 1. et in p. dist. 45. q. unica conclus. ult. Et in 2. d. 1. q. 2. a. 1. notab. 2. art. 2. concl. 4. art. 3. d. 5. Grego.
 in p. dist. 38. q. 2. ar. 2. et in 2. d. 28. q. 1. ar. 3. ad 12. argumend. Baeto. i. d. 40. q. 1. a. 2. versic. Utenius
 secundum. Almagrus Tract. i. Moral. cap. 1. et 4. Angelus lib. 1. suorum Moral. c. 1. Payua lib. 4. Ortho-
 dosarum explicationum versic. At inquis. Late Osorius lib. 9. de Iustitia. Cordubensis lib. p. quaestioarij
 q. 55. d. 8. et d. 10. s. Sed notand. 2. Ioannes a Bononia lib. de Gdestinat. p. 2. de libero arb. pagina 103.
 Bellarminus tom. 3. lib. 1. c. 12. lib. 4. c. 14. ex multis Patribus c. 15. et 16. Et ~~omnium~~ optime Valdensis lib. p.
 doctrinalis fidei cap. 25. et Aug. et Anselmo necessitatem Nucleiphisticam contrariam sententiam appellat
 Et cap. 25. falso ait imponit D. Thomae. ^{nam esse nec ex antiqui Patribus de iuri} Tuentur etiam ij, qui gratiam cum libertate consentire docent, quia
 potest homo Deo mouenti resistere, ut multi cum Patres, tum Doctores Scholastici superius allati docuerunt
 et Doctores Colonienses in censura contra Catechismum Monsemij Dialogo 2. pagin. 36. quorum sent. a
 refert et confirmat Didacus Payua uir doctissimus, qui Tridentinae synodo interfuit, lib. 4. orthodo-
 explicationis fol. 141. et sequentib. Et Castro con. Haereses Verbo Gratia Haeres. p. Et Verbo Libertas
 Haeres. i. Turrianus lib. 7. in D. Clementem c. 35. et lib. 4. con. Magdeburgenses c. 2. Stapletonius fise
 lib. 4. de Iustificac. c. 8. Omnes denique illi nostram sententiam astruunt, qui e duobus aequalen motio-
 nem gratia comissionem Gcedentis Sabentibus alterum duntaxat consentire uolunt, alterum aut
 dissentire, aut minus permoueri, licet maiore auxilio excitetur, ut Vgo de 6. Victore annotationib.
 in cap. 9. exist. ad Romanos. Bonauen. in 4. d. 16. ar. 9. i. Alessidorensis lib. 2. sum. tract. 2. c. 3. Jo.
 Driedo Tract. 4. de Captiuit. et redemptione generis humani c. 2. p. 5. versic. 3. ex superioribus. Ruardus
 ar. 7. con. Luttorum propos. 7. et 10. Andreas a Vega lib. 6. in Trident. c. 9. q. 3. puncto 4. et Robertus
 Bellarminus lib. 6. de lib. arb. c. 15. et alij plur.

Ex quibus citis pat. tum Academiae tum Religionum omnium viros doctos, tum caeteros catholicos scriptores. Sac. nra
 sent. a. fuisse. Ex Academijs quidem, ut nonnullas recenseamus, non mo temp. Alberti Alensis, D. Thom. Scoti, alio
 rumq. sed Primum mem. in Concilio senfionens. Louanen. ut pat. ex Driedone, Ruardo Joanne de Bononia et alijs Co-
 lontensis ex actibus fidel. con. catechismu Monsemij, Complatonis ex subscript. nra sent. tradita sp. Nuncio. Salmaticen
 magna ex parte, ut uidere est ex Soto, Magro Mantio, Magro Joan. Vine. Gratre Ludouico Legionensi. Eandem quoq.
 sent. a. amplectati sunt Oecqua Religionum Lumina. Ex Dominicana familia, S. Thom. Albert. Herueus, Capricolus,
 Caieta. Ferrariens. Sotus, Magr. Mantius, r. Ex Franciscana, Alensis, Bonau. Scotus, Ockam, Corduba, Vega, r.
 Ex Augustiniana, Regidius, Gregor. Armin. Ludouicus Legionen. et alij. Ex Carmelitana Valdensis Baeto, r.
 Et ne a Molina primum in nra Societate inuictam dicant aliqui eandem secuti sunt Pr. Salmes, Pr. Salmeson,
 Cardinalis Ioletus, Turrianus, Suarius, Valentia, et alij, quos ut breuitati conuulamus omittimus. Denique

at nō minus a p. se
 quam nōt ipi multj
 in l. i. p. d. d. c. t. a.
 p. d. d. d. d. d. d. d.
 doct. d. m. u. s. c. a. r. u.
 p. d. i. c. t. o. r. i. u. m.
 c. 7. d. 1. c. 1. c. 2.
 et c. d. d. d. d. d. d.
 d. p. c. 9. et 10.

et ad redempt.
 captiuu. Mas. Sicut
 p. d. d. d. d. d. d. d.
 d. p. c. 9.

castitatis, ad finem lib. de Monogamia. lib. 2. adversus Marcionem ad initium ibi: libertas arbitrii in utraq[ue] partem concessa est. Origen. lib. 3. Periarchon. c. 1. Athanas. orone con Joola Basil. lib. 3. con Eunon. et in illud Isaac. i. q. Semen reprobum. Nazianze. Apolog. 1. Crisost. Homil. 60. in cap. 18. Matt. Homil. 2. de Lazaro. Homil. 19. in Genes. Grill. Alexand. lib. 4. in Joan. c. 3. Eppidan. lib. 1. adversus Haereses cap. 16. Hieron. p. Dialog. adversus Pelag. et ad finem lib. 3. et epist. 147. ad Damasum. August. lib. 3. de lib. arb. cap. 2. et 3. et 18. et 25. Lib. de spu et litem. cap. 34. De predestin. 11. cap. 5. et alijs supra adductis. Cyprianus Licinensis. in his quae ante mille annos scripsit ad Constantinum in idet libertatem, in qua in una tantum parte datur eligendi licentia, et subicit. Quare electionem nominat ubi unam tantum partem asserit fuisse concessam. citatur a Iuriano lib. 4. contra Magdeburgensis cap. 2. Damasc. 2. de fide cap. 26. In nra potestate dicit, sunt ea quae liberum est nobis facere. et paulo inferius: Nobis libera sunt, quae in utramque partem aequae contingere possunt, velut moveri, et non moveri, appetere vel non appetere, gaudere et non gaudere, &c. Bernar. serm. xi. in Cantica, &c.

Scholastici fere omnes idem affirmant, sequenti Arist. 9. Metaph. tex. commen. 10. ubi optime D. Thom. lect. 4. Idem Arist. 3. ethic. cap. 3. Magister 2. d. 24. cap. de lib. arb. et dist. 25. in initio. D. Thom. 1. p. q. 41. ar. et o. 83. ar. 1. 2. et 3. et fuse o. 22. de Verit. ar. 8. et alijs locis supra allatis. et o. 7. de pra. ar. 1. ad 3. argm. + Alensis 1. p. o. 7. mem. 2. ar. 3. et mem. 3. ar. 1. et 2. et 3. mem. 4. Henricus quodl. 1. q. 16. et quodl. 14. q. 5. Maior in 2. dist. 25. o. 1. Odam in p. dist. 1. q. 6. Capreol. in 2. dist. 24. q. 1. ar. 3. Ruardus ar. 7. ad initium. Henricus quodl. 1. q. 1. ar. 1. Castro Verbo Libertas. Torres 1. p. q. 41. ar. 2. par. 1. 2. et 3. Comentarj. Victoria relect de Veniente ad usum rationis, propone. 4. n. 6. et fere omnes Recentiores. Qui omnes actum liberum nequaquam illum censent, qui non oritur a voluntate, quae habeat potestatem, atque indifferentiam ad non operandum vel operatur, vel ad eliciendum actum oppositum. Quin etiam hoc ipsum fatent adversarios plerumque coegit veritas. licet aperte diffiden non dubitet, cum argumentis arguentur. fatetur hoc ipse P. Bagnes, qui se acerrimum huius sententiae oppugnatorem profectur. Atque ita fatetur, ut hoc commune esse omnium sapientum axioma pronunciet. Sic ille in suis Comentarjjs in p. 2. partem q. 41. ar. 2. dab. 2. Dico 3. in probatione con Scotum. Apponamus verba ipsa: Sancti Patres, Philosophi, et caeteri sapientes, illud duntaxat appellat liberum, quod possibilitatem habet ad esse, et non esse. Ita Arist. 3. ethic. c. 4. et D. Aug. lib. 3. de lib. arbit. c. 3. inquit: Illud solum in nobis liberum est, quod in nobis est facere et non facere. Hierony. in epis. ad Damasum de filio prodigo circa finem. Damasc. lib. 2. de fide. c. 28. Hec Bagnes. Jam rationibus agamus, ne testimonij tantum abundare videamur.

